



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

16 De hospitalibus & eleemosynis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

SCHOLIA.

- a vide quare demones cadauera frequentent apud D. Chrysostomum, homilia in Mattheum, Tomo 2. & Franciscum Venetum, Tomo 2. problematum sacra scriptura, sect. 2. problem. 79. & 80. D. Matthei. c. 8.
- b ca. non astimemus. caus. 13. q. 2.
- c ca. cum graui peccata. 13. q. 2.
- d Sic quatuor modis anima defunctorum iuuantur, ante diem Iudicii: oblationibus sacerdotum, precibus sanctorum, charorum eleemosynis, ieiunio cognatorum. August. lib. de cura pro mortuis habenda. capit. 2. can. anima defunctorum, can. pro obuentibus. can. tempus. 13. q. 2. Ponitur autem ratio commemorationis mortuorum, tertii, quadragesimi, trigesimi & aliorum in canon. quia alii tertium 13. q. 2.
- e quia mortuis in peccatis mortalibus, non prosunt orationes, in ea, in presenti seculo, 13. q. 2.

A curantur: aliaque pia loca eiusmodi, quae a fidelibus Christianis caritatis gratia & pietatis, aedificata & dotata fuerunt. c

SCHOLIA.

- a Multis modis commendatur hospitalitas, ut Deo grata, & ab eodem etiam commendata: Et probatur in principio 42. distin. ubi clericum ordinandum ex sacra pagina, hospitalem esse debere probatur. Iustin. in l. sancimus res ad venerabiles Ecclesias 22. & l. ut inter 23. de sacrosanct. Eccles. hospitalia inter res diuinas connumerat.
- b nulla inquisitione facta personarum, ut meritum habeamus in recipiendis peregrinis, ob Deum, cano. quiescamus, 42. distinctione.
- c de omnibus his generibus hospitalium, sit mentio in dist. 11. sancimus res 22. & seq. 23. de sacrosanct. Eccles. ca. in qualibet, & seq. sancimus 23. quest. 8. vide quae diximus de hospitalibus. lib. 15. Syntagm. cap. 28. & multa quae tractat Lapsus de Castellione. lib. de hospitalitate & hospitalibus.

CAPVT II.

- 1 Distinctio in religiosa & non.
- 2 Cura eorum cuius.

Horum hospitalium, † quaedam religiosa dicuntur, quaedam non religiosa. Religiosa sunt, quae Episcopi auctoritate, ad vsum hospitalitatis, & pauperum provisionem, deputata sunt. a Non religiosa, quae sine episcopi auctoritate constructa, & pauperibus destinata fuerunt.

Religiosa ad sollicitudinem † pertinent episcopi, ut relicta, secundum praescriptum vsum, expendantur: b Alia ad patronorum curam pertinent, c non ad episcopum: quemadmodum neque exempta, praeterquam in negligentiam rectorum seu praepositorum. Quo casu iura & bona ipsorum, episcopus potest reuocare ab illicitis detentionibus, & iubere collabentia reparari, auctoritate apostolica, iure sibi concessa, d & eadem potest reformare, &

DE HOSPITALIBVS & Eleemosynis.

TITVL. XVI.

- a Nos tractamus de his. lib. 15. Syntagm. capit. 28.

CAP. I.

- 1 Continuatio, & quid hospitale, & eius species

Inter res, quae ad causam religionis pertinent, & ad pietatem, sunt hospitalia, in quibus opera misericordiae exercetur. a Hospitalis nomen generale est, pertinens ad omnem, cuiuscunque generis sit, hospitalis receptionem. b Continentur itaque eo Xenodochia, in quibus pauperes peregrini recipiuntur: Orphanotrophia, ubi pauperes orphani aluntur: Gerontocomia, in quibus senes pauperes nutriuntur: Nosocomia, ubi pauperes morboosi sunt: Brephotrophia, ubi expositi infantes inuenti

in pristinum statum foundationis restituere, cum censuris Ecclesiasticis, & inuocato brachio seculari, si opus sit, e sine præiudicio exemptionis in aliis. f

## S C H O L I A.

- a cap. ad hæc, de religiof. domi.  
 b ca. de Xenodochiis 3. de religiof. domi. Clement. 1. quia contingit eo. tit. fin. cap. inter dilectos, de donatio. Sequenda tamen hodie Concilii Tridentini Decisio, Sessio. vigesima secunda, cap. octauo, atque mortuis etiam Patronis, recte episcopus curam habebit horum hospitalium, & ut pia morientium mandetur executioni voluntas, & cepta adificari, perficiantur eius ope, imo & inssu laici iudicis cogi possunt. §. si quis autem voluerit, de Ecclesiastic. tit. Nouell. 131. & in Græca constitutione Iustiniani nuperrime conuersa in Latinum. in l. sancimus, si quis moriens, 46. de Episcop. & cleric. quæ sumta videtur ex §. si quis adificationem. c. 10. Nouella 131. quemadmodum & generaliter ad curam episcopi pertinet, ut pia testatorum, vel ab intestato decedentium, voluntates impleantur, & cogatur heredes eis satisfacere, quanquam testator prohibuerit, ne episcopus huic rei se immisceret. l. nulli licere decernimus, 28. in iuncta authent. licet testator. C. de episcop. & cler. §. si quis autem pro redemptione. ca. 11. Nouella 131. quod de iure Pontificio statutum. c. tuanobis 17. de testam.  
 c Clem. 2. de religiof. domi. ca. irrefragabili. de offic. ordin. c. ad abolendam. vide allegata in Clem. 1. de supplen. neglig. prala. & concilium Tridentinum sessio. 7. ca. 15. de reformatio. & sessio. 22. c. 6. & 8. & sessio. 25. cap. 4. & 8.  
 d c. 2. & c. quoniam. de offic. ordin.  
 e Clem. 2. de statu monachorum.

## C A P V T. III.

- 1 Ex quibus consistunt hospitalia,
- 2 Eleemosyna quid,
- 3 Dua species.

**A** Foundationes horum locorum, sunt eleemosynæ piorum virorum. a Et ideo alibi vocantur eleemosynariæ, b & quod etiam in eleemosynas distribuatur eorum bona: alibi & hospitale, domus Dei dicitur. c

Eleemosyna, est omne pietatis opus, impensum proximo, siue corporale, siue spirituale, d opus misericordiarum verissimæ. e Largitio tamen non est putanda nec eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, quia qui hac intentione mala accipit, ut bene dispenset, grauatur potius quam iuuetur. f Neque est facienda eleemosyna ex fœnote seu usuris, g ex rapina: h hæc enim Dominis restituenda sunt, ut hæredibus eorum. Si tamē hi quibus restitutio facienda est, non super sint, vel hæredes, non improbatur, si fiat concessio eorum pauperibus, vel Ecclesiæ. i

## S C H O L I A.

- a ut constat ex supra citatis iuribus, ex Clement. 2. de religiof. domi.  
 b Clementina 2. de præbendis.  
 c can. dilecti, de appellatio. dixit enim Deus, hospes eram, & recepistis me. Matth. 25. vers. 35.  
 d dua eleemosyna sunt species, vna cordis, altera pecunie, ex dno Augustino, ex can. dua sunt eleemosyna, 45. distinct. Rursum & in ca. Tria sunt genera 45. distinct. can. de quotidianis, de poenitent. distinct. 3. Tria constituuntur genera eleemosynarum. Vna corporalis, dare egredi quicquid poteris: Altera spiritualis, dimittere a quo lapsus fueris. Tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam deducere ueritatis.  
 e can. qui vult, de poenit. distinct. 3.  
 f Sic ait Dnus Augustinus lib. 7. epistolarum, epist. 110. Si agrio episcopo scribens, refertur in can. non est putanda, 1. quaestio. 1. ubi glossa id explicat, & verum dicit, eum dominium non est translaturus ex illicitis rebus, uel si repetitio competat, contra

si non competat. Nam ex hoc malo bonum fieri potest, ca. qui habetis, 14. q. 5. quare meretrix, facere potest eleemosynam, sed non latro, quia illa non tenetur ad restitutionem dati, ut hic. Turpiter namque facit, quod sit meretrix: sed non turpiter accipit, quia meretrix. l. idem. §. quoties, de conditio. ob turpem causam. P. Tamen si pecunia Simoniaca fuerit fundata Ecclesia, non erit demolenda: etsi de alienis facta fuerit & consecrata, sed eius estimatio danda, can. comperimus, 14. quest. 6. can. aurum, 2. q. 2.

g can. nolite, 14. quest. 5. ca. qui in omnibus, 3. de usur.

h ca. imolans, ca. scriptum est, 14. q. 5. cap. super eo, 2. §. qui autem, de raptor.

i ca. nemo qui rapuit, 14. quest. 5. cap. cum tu manifestos usurarios, 5. de usur. cap. sic ut dignum. §. eos in super, de Homicid. ca. eate de iure iuran.

## CAP. IIII.

1 Cura & dispositio hospitalitatis.

2 Quæstores.

Exemplum hospitalitatis, & eleemosynarum faciendarum, dedit ipse dominus Iesus, qui loculis, quos habebat necessitates pauperum subleuabat. a Deusque paupertatem esse voluit, ut sustinentes, per patientiam, coronarentur, & diuites in ipsis, b mererentur. c Sic Deus omnib. hospitalitatem commendauit, sed maxime clericis, quorum res debent esse communes, ad susceptionem pauperum & peregrinorum, d & multo magis res religiosorum & episcoporum. e Fouere itaque episcopus debet, & conferuare fundationes in hoc opus, in ea bona conditione, qua decreta sunt. f Gloria quoque episcopi, pauperum opibus prouidere, g atque, bonis viris administratione bonorum hospitalium committere, qui sciant, velint & possint, loca ipsa, bona eorum, & iura utiliter gerere: administrationis rationibus singulis annis auditis. h Commissis tamen patronis iuri-

bus propriis, & militibus sacris, qui libere sua hospitalia vel commendas regunt. i

Prospiciet autem episcopus, ne bona ad usum pauperum deputata hospitalium, ad alios vsus, quantumuis pios, transferantur. k Nisi sedes Apostolica id ex causa statuerit, l vtq; antiqua consuetudo hospitalium piorum locorum seruetur, circa administrationem bonorum, circa altaria, presbyteros, sacramenta Ecclesiastica, pauperibus distribuenda, & similia. m

Circa quæstores etiã eleemosynarum, ne prætextu religionis vel indulgentiarum, populum circumueniant, nisi que probatis & visis facultatibus concessis, admittant, prouide inuigilabunt. n

## SCHOLIA.

a ca. duo, causa 23. q. 4.

b ca. sicut in 2. 47. dist. quemadmodum enim sunt quedam exercitia corporalia ad vires corporis & sanitatem conseruandam, ut ludus pila, & alia de quib. tractat Hieronymus Mercurialis de arte gymnastica, Galenus & alii: sic in spiritualibus quedam sunt exercitia, que sopita excitant animam, ad diuina, & excitata adseruant in bona voluntate, & Dei cultu, ut ceremonia, meditationes, paupertas, & alia id genus plura, inter Christianos receptissima.

c in prin. 42. dist. D. Luca 11.

d ca. quoniam quicquid, 16. questio. 1. can. quia tua fraternitas, 12. qu. 3. sic enim & recte aduenit dictum in Christo: vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me: dare inquam ante quam sequi incipiunt, & dum sequuntur.

e ca. volumus, 89. dist. ca. mos est, 12. q. 2. Sic electus episcopus, propter inhospitalitatem reicitur, in can. archidiaconum Florentinum, 45. dist.

f Clementina, 2. de relig. domi.

g ca. gloria episcopi, 12. q. 2.

h c. cler. 2. §. ut autem, de relig. domi. §. economos, de sanctissimis Episcopi. in authen. quo corrigitur. l. orphanotrophos, de episc. & cler. & §. pen. de ecclesiast. iur.

- i *Clem. 2. §. premissa, de religios. domi.*  
 k *dicta Clem. 2. de religios. domi. c. 3. de appellatio. ca. inter corporalia, de translatio. episcopi. ca. 1 §. autē, 2. q. 2. ca. licet, 4 §. distinct.*  
 l *dist. Clem. 2. de religios. domi. Possunt hodie id ipsum facere episcopi, ex cōcilio Tridentino, non tanquam ex propria auctoritate, sed veluti a sede Apostolica in hoc de legati, sessione 22. in decretis reformationis. cap. 6.*  
 m *d. Clem. 2. §. fin. de religios. domib. Clem. 1. §. fin. de priuileg. Interdum enim dispensatiue permittitur sacramentorum administratio aliis quam propriis curionibus, propter necessitatem & utilitates Ecclesiarum. c. nihil est. 24. in fin. de elect.*  
 n *quomodo eleemosynarii hi fide facere debent de literis summi pontificis & de earum forma. in cū. cum ex eo. de Pœnit. & remissi. de examinatione eorum ante admissionem in Clem. abusionibus. eod. titul. quod predicare non debeant, nisi aliunde concedatur eis, baiuli harum literarum. c. ut officiu, §. compescendi. de heret. in Sex. quod non in tabernis debeant hospitari quastores isti, vel superfluas expensas facere, dist. Clem. abusionibus.*

## CAPVT V.

## Qui admittendi in hospitalibus.

**A**dmittendæ autem † intra hospitalia illæ personæ sunt, quæ eius qualitatis seu cōditionis sint, quorum gratia fuerint pia & religiosa loca statuta. Veluti in hospitali puerorum, pueri tantum: Senum, senes, Agrotorum, ægtoti: Leprosorum, leprosi: & sic de similibus. Aliter autem curiosa inquisitio, in largiendis eleemosynis, in pauperibus est euitanda. a Omnibus quippe indistincte est danda eleemosyna, qui pro nutrimento postulant, quando incertum est num indigeant, b quia magis religio, quam paupertas inspicitur. c Nisi qui petit, per securitatem cibi negligat iusticiam, quia tunc eleemosyna esset

**A** illi subtrahenda, d casu excepto, quo etiam & ille fame periret, nisi acciperet: quia tūc danda, ne quis homicidii reus sit. e Si etiam omnibus egenis quis non posset satisfacere, erit danti licita electio, quibus potius largiatur, bono potius quam malo, proximo quam extraneo, f potius pauperibus infirmis, qui laborare nequeant, quam mendicantibus validis. g Considerare quoque poterit in largiendo petentis ætatem, infirmitatem, verecundiam, casus quibus quis de diuitiis in egestatem coniectus est, si sine suo vitio. h In summa autem pauperibus non habentibus, est enlargienda eleemosyna, i veruntamen rectores vel præpositi hospitalium, plures non tenentur recipere, quam facultates sufficere possint, k neque debent quos recipiunt laute excipere: nam dare peregrinis aut pauperibus delicatam eleemosynam, aut superfluam, peccatum est. l Neque omnia vni, sed diuersis secundum exigentiam personarum, distribuenda sunt. m

## SCHOLIA.

- a *ca. si quis despicit. §. final. & can. quiescamus 42. dist.*  
 b *ca. quam pio. 1. quest. 2. ca. quoniam. 11. quest. 3.*  
 c *can. final. 16. questio. 1. consideramus etiam, quod homines sunt, ca. fratrem. §. in ipsa 86. dist.*  
 d *can. non omnis §. q. 1. ca. nimium 23. q. 4.*  
 e *ca. pasce, 86. distinct. 1. necare. de liber. exhibe. P.*  
 f *ca. non satis, & ca. sequen. 86. dist. ca. quoniam quicquid, 6. q. 1.*  
 g *can. episcopus pauperibus, 82. dist. 1. vnic. de mendicant. valid. lib. 11. C. iii. 25.*  
 h *cap. consideranda, 82. distinct. unde hec sumta sunt, & ex libr. 1. officiorum Diui Ambros. cap. 30.*  
 i *ca. viduas. ca. clericos autem, ca. pastor Ecclesia, 1. qua. 2. nam ut ibidem dicitur, qui habent ipsi, cum grandi peccato accipiunt, unde pauperes victuri erant.*

k disto

**E** dicto ca. vidua honora, & ibi glo. 1. q. 2. A e  
ut nec Ecclesia, canonicos plures, quam  
suppetant facultates, recipere tenentur. ca.  
omnes. de consecrat. dist. 1. c. 1. de institu-  
tio. Nouella 3. Iustitia. ut determina. sit  
numerus clericor. §. 1. & fin.

**I** ca. unum. §. alias, 2 §. dist. ca. pulcra, circa  
medium. 86. dist. ca. non cogantur 41. di-  
stinctio.

**M** ca. fratrem, & can. Dominus 36. dist.

## CAP. VI.

## Eleemosynarum vis.

**P**ropter eleemosynas elargitas, †Deus  
suspendit flagella: sicut & immittit,  
quando pauperibus detrahuntur. **a** Quan-  
do Eleemolyna fit intentione subleuandi  
proximum, opus est misericordiae. Quan-  
do vero intentione compensationis pro  
debito diuinæ offensæ, est opus iustitiæ,  
& est satisfactoria proprie, ut prior perti-  
net ad meritum vitæ. **b** Habet Eleemosyna  
præsentis vitæ & futuræ remuneratione. **c**  
Redimuntur & ieiunia largitione Elee-  
mosynarum, **d** & peccata, **e** quo fit, ut et-  
iam indulgentiæ concedantur cum con-  
ditione largiendi Eleemosynam, ad sub-  
ventionem, vel hospitalis, vel ad auxilium  
ædificationis loci pii, vel Ecclesiæ, quarum  
indulgentiarum formam, normamque v-  
niendi quæstorum, & modum, & eligendi:  
ob vitandas impostorū circumcellionum  
fraudes, tradidit cõcilium generale. **f** Pro-  
sunt & iura hospitalitatis & eleemosynæ  
peccatis mortuorum, & pœnis pro eis de-  
bitis, si eorum nomine fiant. **g**

## SCHOLI A.

**a** ca. reuertemini 16. q. 1.

**b** Angelus Clauas. in summa verbo eleemo-  
syna. num. 11.

**c** quod multis sacra pagina probatur. In  
principio 42. distinct. cap. 2. verba Aposto-  
li 33. q. 5.

**d** ca. non cogantur, 42. distinct. capit. 2. de  
maledic.

**E** ca. qui vult confiteri, de Pœnitent. dist. 6.

**F** ca. cum ex eo 14. de pœnit. & remiss. in-  
no. ca. pen. eius. tituli de his, qui possunt da-  
ri, & quatenus tales indulgentiæ repetun-  
tur, & abusus quæstorum indulgentiarum,  
& eleemosynarum, in Clemen. 2. de pœnit.  
& in c. tuarum, 1. de Primileg. libro quin-  
to. tit. 33.

**G** ca. non existimemus, & ca. anima defun-  
ctorum, & ca. tempus, 13. quæst. 2. ca. sane  
quod. 24. q. 2. ca. ab infirmis, 26. q. 7.

DE INDVLGENTIIS  
& remissionibus.

## TITVLVS XVII.

**1** Tractatur titulo de Pœnitent. & remiss. libr. 5.  
Decret. tit. 38. in Sexto lib. 5. tit. 10. can. hi qui. §.  
sed exemplo. 50. dist. in Decret. de pœnitentiis, per  
7. distinct.

## CAPVT I.

**1** Continuatio, & quid indulgentia geno-  
raliter.

**2** Et in specie.

**S**ed quia incidimus in indulgentias, non  
alienum erit ab ordine & instituto cur-  
su, de illis, quæ a iure pontificio tractantur,  
præcipua capita tradere. Indulgentia ge-  
neraliter nihil aliud est, quam remissio e-  
ius, quod si non remitteretur, faciendum  
esset. Proinde distinctio indulgentiarū, ex  
earum tenore, causa & fine, quibus adhi-  
bentur, metienda est: **a** sicque indulgentiæ  
Ecclesiasticæ tantum valent & remittunt,  
quantum sonant. **b** Eoque modo indul-  
gentia, quos liberat, notat, nempe quod  
ostendat, liberatos, pœnam a qua eripiun-  
tur, meruisse. **c** Et ideo in indulgentiarum  
remissionibus, mirum non erit, interueni-  
re confessionem, & agnitionem delicti re-  
mittendi.

Definietur itaq; indulgentia Ecclesia-  
stica, ut sit remissio, a proprio iudice, seu  
potestatem habente, concessa pœnæ debi-  
tæ pro peccato, post contritionem & con-  
fessionem de eo habitam. **d**

P